94

Satisfactio pro bonis suis de Woyno et abrenuntiatio ejusdem.

Sub Anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto. Coram nobis Magnifico Domino Raczko Cruzyczky Capitaneo Mielnyczyensi, Szarysza judice Georgio Nieczyeczky Subjudice Millasz Raphaele Szackowycz, Andrea Syekirka, Floriano Kamyenszky camerarijs, Hyncza Stanislao Patrykoszky, et coram quam plurimis hominibus bonis nobilibus, constitutus personaliter Magnificus dominus Jacobus Dowoynowicz Capitaneus Drohicensis, una cum Magnifica domina Thelthka Uxore sua sani corpore, et integre rationis existen' non compulsi nec coacti, sed sua mera et spontanea voluntate palam fassi sunt, et recognoverunt, quia eis generosus dominus Stanislaus Corczowski satisfecit pro patrimonio et matrimonio pro toto, et ex hoc toto abrenunciaverunt se in eternum et eviterne. Qui quidem dominus Stanislaus Korczewsky iam habet pacem in eternum in tota hereditate sui patris et matris, et quam habet, et in hoc pomoczne dedit. Hec acta sunt feria secunda in octava Corporis Christi, anno quo supra.

Ta Kopia z oryginału pargaminowego

nowego, przepisana Dnia szostego
Miesiąca Lipca. Roku Panskiego
1785go. U Ktorego Dołu na Zawia:
skach dwóch parganinowych wisi
pieczęci 2.